



D. F. Y. D.



46
נצרכ

sive

De voce אברך, quæ Gen. XLI. 43. legitur,

DISSERTATIO PHI-
LOLOGICA,
POSTERIOR,

quam

בעבור נצרכ ורית כבוד:

& indultu

AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHICI
in inclutâ Salanâ,

publicæ ἐξέτασὸς submittunt

M. JOHANNES ERNESTUS GERHARDUS Jenens.

&

MATTHÆUS TEUBELIUS Byrutho Francus.

a. d. XXVI. Aprilis

H. L. Q. C.

JENÆ,

Typis GEORGII Sengenwalds & CASPARI Frenschmiets/

Anno clc lxc XLV.

1774

DISSERTATIO
PHILOSOPHICA
POSTERIOR

AMBRASII ORDINI PHILOSOPHICI

M. JOHANNI SEBASTIANO GERHARDUS

PHILOSOPHIA





נריוֹ׃ אֶרֶב׃ מִדְּבַר׃ מִדְּבַר׃
 פְּלִיטָה׃ אֶרֶב׃ אֶרֶב׃



Ententiam eorum, qui pro composita dictione
 vocem מִדְּבַר habent, perlustravimus Dis-
 sertatione priore: Sedet nunc animo illorum
 recensere interpretationem, pro simplici qui
 accipiunt dictione. Quod tamen antequam
 agamus, visum fuit pramittere versionem Ger-
 manicam commatis 43. Cap. XLI. Genes. 4

Judæo quodam adornatam, quæ omnino Post. ult. Diss. preced.
 fuisset inferenda. Eam postliminio benivolè nobiscum comu-
 nicavit Vir Reverendus pl. & lingg. Orientalium Fautor ma-
 gnus Dn. M. Henricus Teubelius Patronus, Mæcenas & re-
 spectivè Parens noster sincerè colendus, illa sic habet:

אֵין זײ רופפן בױר אױם אױו אביר דו מיינט דער אײן
 אײן אױברשטער הרשפאטער צום קױניג אױ צו זעצן
 : אײן אױבר אױ דו לנרשפט פון מצרים:
 ten für Ihm aus אביר, das meinet/ der ist ein Oberster
 Haushater zum König/vñ zu sehen ihn ober alle die Lande
 schaffte von Mizraim. Progredimur nunc ad

Positionem IV.

SENTENTIARUM pro Una voce dictionem
 Abhrech accipientium divortia. Bux-
 torfl expositio allata, & rationibus con-
 firmata. eam amplectuntur multi Clarissi-



mi Viri. responsiones ad Buxtorfianæ sen-
 tentiæ fundamenta. Vav non semper co-
 pulativum, sed causæ quandoque redditi-
 vum, diversa interdum tempora ac modos
 connectit. וְאֵלֶּיךָ R. Jonæ sententia ex R. A.
 Esra adducta. שֶׁ־הַפִּעֵל R. David Kimchi
 expositio ambigua quodammodo. laus
 ejusdem. interpretatio R. A. Ezræ produ-
 cta in medium, illius encomium, Rabbinis
 וְאֵלֶּיךָ הַכֹּחַ dictus. R. Jose interpreta-
 tio. dictorum Rabbinorum, qui Fut. signif.
 exponunt, quid repugnet sententiæ. Hie-
 ronymus an V. V. auctor. Vulgati expositio
 recensita. Conveniunt cum eâ versio-
 nes Belgica & Gallica. it. Calvinianorum.
 quorundam. Cornelli à Lapide memoriæ
 lapsus. Aquilæ laus, illius expositio ex Hie-
 ronymo & Drusio proposita.

Eruditissimis ævi nostri scriptoribus probatur sententia,
 quæ pro una voce accipit, & quidem è fonte כִּרְךְ, quæ radix
 omnibus ferè Orientalibus pro illis actionibus, in quibus genua
 flectuntur, vel quæ tali gestu, in genuatione sc. sunt, venit. Est
 tamen hîc inter auctores turulum diversitas. sunt enim, qui ex u-
 su Ebræo, quo etiam referimus, qui formationem Chaldæam
 admittunt, exponunt; sunt, qui pro peregrina, Egyptiacâ videl.
 fu-

sumunt voce. Priorem qui amplectuntur sententiam, iterum in diversas ire videmus partes: alii enim *nominaliter*; alii *verbaliter* dictionem hanc exponunt: qui hoc modo capiunt, iidem non conveniunt: nonnulli enim litteræ, ut putant, profus insistentes, existimant, Futurum esse Hiphil, & quidem personam primam; nonnulli Imperativum esse statuunt, alii Infinitivum. Horum nos sententiam positione hâc perpendemus. Præ aliis sententiis magno Buxtorfio ultimam allabitur amplecti Theſ. Gram. lib. I. C. 15. & Lex. Ebr. rad. **קָרָה** munitam enim hanc putavit sequentibus fulcris Docere expositionem hanc 1. verbum continuò sequens **וְקָרָה** & dedisse l. constituisse, 2. eandem confirmare suo calculo **קָרָה** & **קָרָה**, restante de hoc **קָרָה** 3. anomaliam **קָרָה** litteræ Characteristicæ Infinitivi Hiphil exempla similia in aliis Script. Sacr. locis reperiri, nimirum Jer. XXV, 3. ubi **וְקָרָה** legitur pro **וְקָרָה** it. Etia. LXIII, 3. quo loco pro **וְקָרָה** legitur **וְקָרָה**. Kimchi pro anomaliam hujus confirmatione adducit etiam ex II. Paral. XX, 35. **וְקָרָה** pro **וְקָרָה**. Et sic dicti si-ve vocis hujus **קָרָה** sensus esset, *Regium præconem in Josephi inauguratione ante currum proclamasse, genua esse flectenda ab omnibus coram Josepho: ipsum enim constitutum esse supremum post Pharaonem totius Egypti præfectum.* Eodem cum Buxtorfio modo exposuere alii Clarissimi Philologi. Ante eum quidem Angelus Caninius, *πρόβυλος* eximius Instit. Syr. Assy. Talmud. p. 43. post eum Sixtius ab Amama Gramm. Martinio-Buxt. lib. I. c. 12. §. 16. Zacharias Rosenbachius Med. D. & Prof. Herborn. Mose Omniscio, & alii plures. Sed quid fulcra, quibus sententia hæc sustinetur, labefactare quodammodo videatur, paucis cōsiderabim9. Primariū, ut videtur, sententiæ memoratæ fundamentum est, quod statim dictionem **קָרָה** sequatur verbum modi Infinitivi, connexum per copulativam particulam **וְ**, quæ ut aliàs communiter similes modos ac Tempora conjungit, ita hoc quoque idem loco facere vide-

tur. Sed præterquam, quòd h. l. propriè non **חֲבוּר** sive copulationis sit nota: sed, quòd eruditissimi censent Interpretes, *επιλογική* seu causæ redditiva, negari certè nequit, sæpè *ἀπορίτως* diversa tempora ac modos connectere, uti multis hoc exemplis demonstrat incomparabilis Philologus ac Theologus, Dn. D. Glassius Philol. S. lib. IV. tr. I. observ. 7. Alterum dictæ sententiæ fundamentum est, quòd anomaliz **ח** litteræ Characteristica Chald. pro **ה** litterâ Charact. Ebræorum, paria in Script. S. reperiantur exempla. Adducitur quidem à Caninio itemque Buxtorfio verbum **חֲבוּר**, ubi **ח** fronte loco **ה** Charact. secundū **רדק** positū, sed sciendū, quòd vocabulum hoc ab ipso Buxtorfio (cui addi potest Dn. D. Glassius, qui mihi instar omnium) *duplicis statuatur esse formæ, ex Præterito & Futuro*. Vide Thes. Gram. p. 140. de exemplo altero, quòd afferretur à Buxtorfio, Amamâ & aliis, etsi negari vix potest, maximè id huc facere, dubitari tamen potest, an vox dictio Abhrech ad formam hanc statim sit referenda. Exemplum a Kimchio, (quem antiquè *Camium* vocat Cl. Drusius) citatum, parum huc facit, est enim illud modi Indicativi, Rabbiorum **רדק** & **ח**, quòd spectat auctoritatem dico de posterioris mente vix esse, qui dubitet, cum verba ejus sat sint clara, quæ **חָאע** ad C. 41. 43. Genes. allegat in hunc modū; **וַיֹּאמֶר רַבִּי יוֹנָה הַמַּדְבָּרִי כִּי אֶבְרָחָם שֵׁם הַפְּעֻלָּה וְהַחֲמוּץ הוּא רַבִּי הָאֵל כִּמּוֹ אֲשֶׁכֶם וְשִׁלּוּחַ וְלִפְנֵי דַעְתִּי שְׂאֵלָה אֲשֶׁכֶם לְשׁוֹן שֵׁם הַפְּעֻלָּה**, in quibus verbis modò observandum, **שֵׁם הַפְּעֻלָּה** i. e. *nomen actionis* Infinitivum designare modum, quo modo in R. D. Kimchi *odei meie ad scientiam* accipit nobilissimus Constant. L'Empereur eruditissimis suis ad I. d. notis p. 54. In Kimchi verò verbis duo sunt ambigua, primò an ille pro *Imperativo* accipiat, (quo modo Kimchiū cum Münstero & Pagnino allegat B. Par. Comm. ad C. 41. Genes.) an verò pro *Infinitivo*, quòd statuit Buxtorfius. Secundò an idem Kimchius hanc, an verò alteram, quæ pro *Futuri primæ* habet, amplectatur sententiam, utriusq; enim pariter facit mentionem, nec addit, quam

quam putet probabiliorē. Verba ejus **כֵּן הָיָה** sic habent

וזכר ויקראו לפניו אברהם האלק במקום דהא דברך או
האזיף למדבר כלומר כה אחר הויה קוראת לפניו אברהם:

Patet hinc, Camium non nisi ambigūe pro sententiā, quam Bux-
torf. tutari videtur, cōfirmanda posse allegari. **אֵלֶּיךָ יָרָדָה מֵעַן תִּשְׁלַח**.

De sententiā illā, quæ pro Futuri persona primā sumit, paucissi-
ma nunc veniunt subnectenda. Hujus videtur fuisse Radak,
etsi, ut modo dictum, utramque sententiā, tum quæ pro Futu-
ro, tum quæ pro Imper. habet c. l. admittere videatur. Propri-
etis verò notandū, sententiā hanc arridere R. Aben Esra;

signi illi inter Judæorum magistros Theologo, Astronomo ac
Philosopho, ob eximiam sapientiam **הַחֹכֵם** dicto: ita enim
de voce hac ille commentatur ad Cap. XLI. **אֲבָרָךְ כָּל אֲדָמָה**

**קֹרְאָתָא לְפָנָיו אֲכֹרַע וְאַשְׁתַּחֲוִיָּה וְזוֹ הַמְלִירָה מִבְּנֵי
הַכֹּהֵן הַגֹּסֵף וַיְבָרַךְ עַל בְּרִכּוֹ מִהַקֵּל וְכֹלָם מְגֹרָתָא**

: **בְּרִכּוֹ** In hunc quoq; sensum, non tamen excluso eo, quo

de paulo post, CL. Viri Mayerus & Pagninus trahunt verba F.
Dormaskith, quorum ita meminit **לֹא לְרַכִּי רָשִׁי**

(**יְהוֹרָה**) (inferit hic Mayerus **יֹסֵפִי** R. Jose, quod nomen

tamen in Raschi non legitur, unde igitur desumserit Mayerus,
nescire me fateor) **בֶּן דוֹמֵשְׁקִירָה עַר מְתִי אֲתָרָה**

מְעוֹרָתָא עֵלֵינוּ אֵת הַכְּתוּבִים אֵין אֲבָרָךְ אֵלֶּיךָ

Buxtorfius habet **לְשׁוֹן בְּרִכּוֹם שֶׁהֵכֵל הָיוּ יְהוּ**

נְכַסְיָם וּנְצִאָתָם תַּחַת יְדוֹ כַעֲנַן שָׁמַי וְנָתַן אֹתוֹ וְגוֹ:

Sed refragari videtur nobilissimorum horum Triumvirum sen-
tentiā, quòd doctissimi Interpretes ad præcones verbum **וְיָרָדוּ**

referant. Et sanè probabile est, textuique conveniens, cum ver-
ba reliqua tam antecédētia, quàm sequentia Pharaoni & præco-
nibus Regiis adscribātur, **וַיְבָרַךְ**, quoq; iisdem esse tribuendum,

neq; etiā Spiritus S. indicare voluisse videtur quid populo fecerit

in hac Josephi inauguratione: sed qd Pharao in honorē Josephi

& cōmendationē partim ipse egerit, partim per regios suos præ-
cones peragi curāvit, id quod ex toto cōtextu legēti de facili pa-

167

tet. Hæc itaque cum sat esse manifesta arbitremur, adrigisse
modo sufficiat. Pergimus proin' ad sententiam, quam, uti præ
cæteris hætenus enumeratis textui adprimè convenientem,
amplecti amâr interpretes Scr S. celeberrimi, eam sc. quæ Impera-
rivi significatione vocem קָדֶשׁ suadet exponendam. Hoc
sensu juxta Bonfrerium, interpretatur Vulgatus Bibliorum In-
terpres, qui à plerisque Pontificiis S. Hieronymus statuitur: hic
verò eum, ut supra Pos. III. vidimus, aliter ac Vulgatus inter-
pretetur, à Jacobo Bonfrerio Dionantensi S. J. sentetiam suam
dicitur mutasse. Quo sine à Bonfrerio hoc dicatur nemo non vi-
det: nimirum ut ^{9^{ten}} Pontificiorum ferè communem, Hierony-
mum V. V. esse auctorem, possit ^{quædam} sed tantum abest,
ut Lutherani, quibus, ut notum, hæc in parte divortium inter-
cedit cum Pontificiis, hoc admittant, ut potiùs ex hoc ipso fun-
damento alium ab Hieronymo Vulgatæ versionis esse aucto-
rem concludere satagant. Videatur egregius & de Ecclesia
Christianâ non parùm meritus Theologus B. Gesnerus comm.
ad h. l. p. 743. Eodem cum Vulgato modo habet Versio Bibli-
orum Gallica, revisa & cum textu Originali collata per Pasto-
res & Doctores Ecclesiæ Genevensis, excusa Amstelrodami
anno 1635. sic enim in illa legitur: *On croit, devant lui, Qu'
on s'agenouille. Et il l'establit sur tout le pays d'Egypte. & om-
nium clarissimè Belgica, quæ de Synodi Dordrechtanæ cõsilio
prodiit: Ende sy riepen voor syn Aengesichte / Rutelt.*
Nec aliter ante hæc editiones correctas redditam fuisse vo-
cem Abhrech à Calvinianis in Bibliis suis, exinde colligere est,
quòd David Paræus celebris Calvinisequa in Comm. ad h. l.
teribit, *suos vertere, flecte genu:* nec ab eo dissentit Johannes Pis-
cator, ejusdem religionis homo, ac Bibliorum commentator
non incelebris, qui insuper addit, sat quidem id confidenter:
(postquam nim. dixerat: *N pro n Characteristico poni*) *hæc
cũ sint perspicua & certa, nihil adinet falsas aliorum interpretationes
referre.* Accipiunt etiam in Imperandi significatione eximii
Philologi Pagninus & Schindlerus. eademque ratione à Cor-
nelio Cornel. à Lapide Jesuita exponere dicuntur Aquila &
R. Elias Levita Germanus, par crudissimorum Ebraeorum. Hic
quidem

quidem in Tisbi, ille in translatione Gracâ e citatione S. Hieronymi. Sed fallit ac fallitur bonus ille Cornelius, dum R. Eliæ adscribit, de quibus ille ne *quod* quidem loco à Cornelio allegato habet. Taceam, quòd idem Elias neq; in aliis suis operibus, utpote *פרוש ע* *ספר רקוק* *ור* *מסור קמרי*, מתורגמן *ספר הכחור* quid de voce Abhrech sentiat, nisi quid oculos meos fugit, exponat. Existimo proinde sphalmate *μνημονεύω*, qualis error in tam scribacem hominem facile cadere potuit, Cornelium nostrum hîc lapsum, locoque *רדף* (qui sententiæ huic *שׁוֹרֵף* favere videtur) posuisse *רדף*. De Aquilæ, hominis, D. Hieronymi iudicio, lingua Ebræa eruditissimus, quique, ut Epiphanius de eodē prodit, *ἔλεγε τὸν διδάσκαλον ἀπὸ τῆς λέξεως ἀγγέλου ἰσχυροῦ*, interpretamento, pauca addam. B. Hieronymus Qq. supra Gen. de eo hæc habet: *Et clamavit ante eum præco: pro quò Aquila transfudit, & clamavit in conspectu ejus adgeniculationem*: addit doctissimus Drusus notis ad fragm. Ver. Interpr. *ἰσχυροῦ* fortè. *Supra 24, 11. Usus est verbo ἰσχυροῦ, quòd ingeniculare reddunt, pro facere, ut aliquis genua flectat.* Idem ad C. XXIV. Gen. v. 11. ubi Schol. *ἰσχυροῦ*. Interpretamentum est *Aquila*. *Quòd ita certum mihi, ut nihil magis.* Idem in hoc libro *אברהם* interpretatur, adgeniculatio, autore Hieronymo. *ἰσχυροῦ* in Lexicis exponitur ingeniculo, genua flecto. Hic autem novè usurpatur, pro ingeniculare facio. Antea erat ἐπιπορεύω, & apud Interpretem nostrum fecit accumbere. E quibus Drus I scholiis *Aquilæ* mentem sat planam nobis esse confido.

Positio V.

Septuaginta Seniores quomodo acceperint vocem *Abhrech*. an omiserint, & aliud quid de suo addiderint. multis in locis aliter legisse, ac hodie in textu Ebræo

B legi-

legitur. pro α legisse α . an hoc semper per
 χ expresserint, an verò quandoq; etiam
per χ . Laudatus Cod. MS. Liturgiã Græ-
carum, qui adservatur in Biblioth. Reip.
Norib. Veteres adspirationē interdū abje-
cisse. N ab initio vocū LXX. omisisse quan-
doq; quandoq; transposuisse. Syros dictio-
nibus à Græcis ac Latinis mutuatis } . à frō-
te addere. LXXII. usos esse Cod. non pun-
ctato. versionem eorum esse corruptam.

Operæ me facturum spero pretium, si LXXII. Seniorum
Versionem tanti à Veteribus æstimatam, tanti etiamnum à Pon-
tificiis habitam, quã hunc locum Gen. XLI. accuratius nonni-
hil considerem. Habet illa: *καὶ ἐνώπιον ἑταίρων αὐτοῦ κήρυξεν καὶ
κατέστησεν αὐτὸν ἐφ' ὅλης γῆς Ἀιγύπτου.* & *predicavit ante eum præco, &
constituit eum super omnem terram Ægypti.* Variè à Viris doctis
disquiritur, quid LXXII. ut ita transtulerint, commoverit. CL.
Schindlerq; eos putat legisse קברן sc. pro nomine præconem signifi-
cante: alii ut Leonhardus Marius ac David Paræus, scribunt, i-
psos vocem hanc קברן tanquam peregrinam omisisse, nec addidisse,
quid clamavit præco sc. jimdò non quidquam habere, quod voci huic
respondeat, quæ expressa sunt verba Jacobi Bonfref. I comm. h. l.
Sed salvo tantorum Virorum judicio, arbitror ego, nec quid-
quam LXXII. hoc quidem loco in textu quod fuit, omisisse, nec
aliud etiam quidem de suo addidisse, sed aliter, atque in textu
authentico Ebræo hodie legitur, dictionem קברן legisse, tum
quoad consonantes, tum quoad puncta vocalia, quod utrum-
que sæpè ab iisdem (si modò eorum est, quæ tam insigni titulo
hodie gaudet, versio Græca) factum, testes sunt Viri, judicio,
auctoritate & Doctrinâ maximè conspicui. Pætò hinc ipsos
pro

pro Δ legisse Δ , quod & aliis in locis illis contigit, Vide Eccle-
 siast. V, 16. ubi, ut Schindlerus existimat pro Δ legunt
 Δ , reddūt enim Δ Cant. I, 10. quo loco pro Δ
 leg. Δ , vertunt enim Δ , sic ibidem pro Δ
 leg. Δ , habent enim Δ . Nec obstare censeo,
 quod Ebr. Δ Græci exprimere soleant per Δ , non verò per Δ ,
 notante Drusio, Füllero, Mayo (quos duos posteriores hæc
 ipsa ratio permovet, ut vocem Δ Efr. II, 69. Neh VII,
 70. non à Dario, quasi Δ , sed à Græco Δ putarint diſtam.
 Vide hunc Prodr. Philol. S. p. 157. illum Miscell. S. p. 171.) utri-
 que enim hoc Δ fieri concedimus lubentes: ita non per-
 putuò id fieri patet è multis dictionibus Ebraicis, ubi litt. Δ Gr.
 per Δ exprimitur sic Δ LXX. redd. Δ .
 per Δ per Δ . per Δ . sic & N. T.
 Scriptores habent Δ , quod Syrus exprimit per
 Δ ; Δ (ita enim, quavis Drusius malit Δ
 legendū, persuadet mihi harmonia omnium Codd. Græcorum,
 quibus meritò ad numero vetustissimum illud MStum Liturgi-
 arum Ecclesiæ Græcæ, quod ex instructissimâ, ac penè incompa-
 rabili in clutæ Reip. Noriberg. Bibliothecâ, pro eâ, quâ est ad ju-
 vandos aliorum conatus honestos propensitate, ac in me faventi-
 tiâ eximia, benivolè olim mecum communicavit Ecclesiæ No-
 ribergensis sidus verè illustre, Joh. Saubertus, Patronus meus
 singulariter observandus) quod juxta Drusium ac Pasorem est
 ex Ebræo Δ : hinc & à Syro per Δ
 exprimitur, similiter Δ à Syro Δ . *Veteres enim quando-*
que abjiciebant adspirationem, fatente iptomet Drusio, unde
Cananei pro Chananei, Capbarsalama pro Chapharsalama I. Mach.
VII, 31. quid quod dici possit, si LXXII. & alii Scriptores Græci
semper Δ per Δ expressissent, nullam eos habuisse rationem
est Dagelch lenis, cujus officium juxta Grammaticos est litteras
 Δ , ad initio itemque post Scheva quiescens indurare,
 quod certè in Δ non fit, si per Δ & non pro Δ . d. l. effertur. Omi-
siss

fisse in super χ initiale, seu otiosum ipsis visum, vel transposuisse
vero confectaneum est. utrumque enim hoc ab iisdem $\rho\omicron\iota\varsigma$ $\epsilon\pi\delta\omicron$
 $\mu\eta\kappa\omicron\iota\varsigma$ & alibi factum, jam pridem ab aliis ostensum. Hoc solum
hic מִטְּוֹתֵינוּ adhibere fuit visum, Syros uti χ nominibus
à Græcis ac Latinis mutuatis non raro addere, cujus exempla
videre licet in כִּי־וַיִּבְרָךְ è Gr. $\chi\epsilon\nu\theta$. כִּי־וַיִּבְרָךְ &

כִּי־וַיִּבְרָךְ è Latino *Stadium*, כִּי־וַיִּבְרָךְ è Græc. $\sigma\omicron\lambda\eta$.

כִּי־וַיִּבְרָךְ è Gr. $\sigma\omicron\mu\alpha\chi\theta$, & aliis quamplurimis;

(quæ ipsa tamen dictiones in Cod. Syriaco MS. IV. Evange-
istarum, quem Damasci à P. Michaelè Damascino Maronita
emtum, ex Oriente tanquam preciosissimum thesaurum secum
adulit, & Bibliothecæ Academicæ Altdorff. legavit eximius
J. Crus & de Rep. Noriberg. præclarè meritis D. Jacobus Fetze-
rus, absq; χ interdum leguntur, id quod peculiari aliquando
Diatr. כִּי־וַיִּבְרָךְ ostendam) ita quoq; eosdè

χ non raro abjicere solere, ubi in textu Græco habetur; & hinc
forsan est, quòd pro Αειμαδαία Syrus semper habet כִּי־וַיִּבְרָךְ .

Probabile in super à multis præclarissimis Viris habetur, Græ-
cæ versionis, prout hodie quidem extat, auctorem usum fuisse
Codice Ebræo non punctato, id si & nobis largiatur, quid ob-
stat, quò minus credatur, & h. l. illos per puncta alia, ac ho-
die in Bibliis reperitur, nim. vel כִּי־וַיִּבְרָךְ vel כִּי־וַיִּבְרָךְ legisse, ac
postmodùm addita terminatione Græcâ χ , cui cum χ conjun-
cto respondet χ Græcum, ut vel ex unicâ dictione Αλεξανδρεὺς vi-
dere licet, quam Syrus paraphr. N. T. transtulit

כִּי־וַיִּבְרָךְ , & hoc modo, nim. per כִּי , nomen Αλεξανδρεὺς it. Αλεξανδρεὺς etiam
exprimunt Rabbinii Vid. Eliaz Lev. Tisb. Benjaminii Tudelensis
Itiner. & alios. Addi quoq; potest de rota hæc re Abrah. de
Balmes כִּי־וַיִּבְרָךְ lirt. D. 4. b. Vel si hæc con-
jectura minùs alicui arridet, propterea quòd nitatur hypothe-
sibus, quas nonnulli in dubium vocant, aliam adferimus, di-
cimusq;

ci musq; LXXII. ipsam dictionem קָרָן forsan integram re-
 tinuisse, ac additâ tantum terminatione Græcâ Σ transtulisse
 ΑΒΡΕΓΣ. Hanc cum scriptores, utpote peregrinam, non intelli-
 gerent, cognationem verò quandam cum ΚΗΡΥΣ habere vide-
 rent, [factâ enim modò μετὰ τὸν litteræ Α. eâdemq; in Η. mutatâ,
 nec non pro Β. scrib. Κ, quæ litteræ in majori scripturâ Græcâ
 non exiguam habeat similitudinem, itemq; loco Ε substitu-
 endo Υ, quod ipsis vocis significatio requirere videbatur, re-
 sultat ΚΗΡΥΣ] quæ ipsa vox cum textui non ad eò refragaretur,
 probabile est, ipsos lateri seu margini textûs eandem
 addidisse. Crescente postmodum Lectorum seu librariorum
 sciolorum seu imperitiâ, seu credulitate nimia, seu etiam reli-
 giositate præposterâ pro voce ΑΒΡΕΓΣ ex קָרָן à LXXII.
 formatâ, in textum Græcum, marginalem illam dictionem
 ΚΗΡΥΣ irrepsisse, quam deinde librarios, utpote significatio-
 nis ratione ipsis magis notam, nec textui reclamantem, prom-
 tè arripuisse, non est incredibile. Sed quia alicui dubium
 suboriri potest, de nostra hâc conjectura, ex eo, quod præsuppo-
 nat, majusculis litteris antiquos fuisse usos, id eò ex minori scri-
 ptura eandem probatam dari posse existimamus, sciolisq; scri-
 ptoribus vocem hanc κῆρυξ , quæ in hodiernâ LXXII. versione
 legitur, adscribi posse dicimus, qui pro α, κ ; pro β [quod anti-
 quitus eandem ferè cum η & ν habuisse formam, supra memo-
 ratas Liturgiârum Gr. MStus Cod. me docuit] ν , pro η in syll.
 ult. ν [exiguam enim inter η & ν , in antiquis Cod. deprehen-
 dere licet differentiam] ut hinc pro $\alpha\beta\rho\eta\kappa\varsigma$ i. $\alpha\beta\rho\eta\kappa\varsigma$ nomine
 peregrino, librarii legerint vel legendum putarint κῆρυξ , vocem
 nim. magis notam. Facit huc, quod apud Hieron. Tom. IV. p.
 110. legitur. Agens ibi S. Pater de V. 12. Cap. III. Amos, ubi
 pro Ebr. קָרָן in LXX. versione legitur ie. rês , quod cum textui
 Ebraico non respondere videret, scribit laudatus Pater, *putare
 se, LXX. ipsum Verbum posuisse Ebraicum: quod quidam non intelli-
 gentes, pro Ares legerunt ie. rês*. Vide omninò πολυμαθῆσαβου Virum
 Joannem à Wowerm de polym. it. Syntagm. de Græcâ &
 Lat. Bibl. Interpr. cui adde non minoris studii Philologum Nic.

Füllerum Miscell. Sacr. lib III. C. 13. Nec mirum hoc euidam esse potest, si perpenderit, librariorū incuria in ipso authentico N. T. Cod. quædam mutata, quædam inserta, quædam omissa &c. quod multis docet Reverendiss. Dn. D. Glassius Phil. S. lib. I. tr. 2. Nos antequam Positionem hanc concludamus, *וְאֵלֶּיךָ* addimus ac profitemur, primis nobis de memoratâ hac LXXII. Vers. h. l. corruptione, & qua ratione ea nobis videatur facta, incidisse indicatam Conjecturam, nec ullum auctorem, qui eandem indigitarit, vel confirmet, à nobis visum aut lectum, indeque LUBENTES etiam alios de ea JUDICIUM FERENTES audituros. Stet igitur cadatque illa nostra, quæ sub manu nata conjectura SENTENTIA CRITICORUM. Pedem nunc ad

Positionem VI.

Arabem Bibliorum Interpretem ab Erpenio editum in Imperandi significatione *אִמְרָךְ* accipere, ostenditur. *רַכַּע*. Alcoranus Turcorum Biblia. ex eo versus aliquis allatus. *רַכַּע* per metathesin è *עִכָּר* ortum videri. Significatio *עִכָּר* è Kimchio. DrusI singularis conjectura, ut & Marci Marini. Ultraque incerta. *רַכַּע* multitudinis indicina.

Arabem quoque Interpretem, quem Illustris heros Josephus Scaliger Leydeosi Bibliothecæ legavit, & CL. Erpenius linguæ Arabicæ Phœnix ac restaurator felicissimus, luci dedit, dictionem *אִמְרָךְ* pro Imper. modi verbo accipere, palam est: reddit enim textum hunc more suo sat clarè:

وَنَابِوُوكَ (أَيْ) أَمْرًا
أَمْرًا وَوَعَدًا لَهُ
 * *وَأَمْرًا لَهُ سَمِيحًا*
 & clamant ante eum: genua flectite, quia constitui eum (Pharao sc.)

fe.) *super congregationem* (h. e. *Universitatem*) *Regni Egypti* &
super Universum Egypti regnum. Adhibet verbum Imperat.

وَأَسْبُغْ بِهَا مَاءً طَهُرًا, quod est à rad. ع = س, quæ in
Alkorano etiam, Turcarum Bibliis, occurrit, & *genusflexionis*,
seu incurvationis & *adorationis* significationem habet. Exem-
plum suggerit CL. Schindlerus Lex. Pentagl. p. 1758. ex Alko-
rani Cap. 2. (quod secundùm edit. Lat. est s. juxta Cod. alios 3.
& אֲסַבְּגוּ עַל מַעְרַתוֹ inscribitur) Introducuntur ibi Angeli
Mariam ita alloquentes:

يَا مَرْيَمُ اقْنُتِي لِرَبِّكِ
وَأَسْبُغِي بِهَا مَاءً طَهُرًا
ô Maria venerare Dominum tuum, & adora, & genua flecte
cum genuflectentibus. Retinensis paulò uberiores habet in-
terpretationem: ô Maria omnibus viris & mulieribus es mundior,
ac lotior, soli DEO perseveranter studens, ipsum cum humilibus &
reddente Schindl., *genua flecte cum genuflectentibus*, seu ut habet
versio Lat. Roberti Retinensis ac Hermannii Dalmatæ, de quâ
quid eruditi censeant aliàs notum, *genuag, DEO flectentibus*
adora. Nescio, cur Schindlerus legat

أَسْبُغْ (quod
est Mascul. pl. Imper.) reddat tamen in Sing. *adora*, seu *genua*
flecte. contextus certè singularis numeri verbum requirit: an
igitur in codice Arabico, quò usus est Schindl. enallage Plur.
pro Sing. an vero in Schindlero, quod magis probabile erratum
typogr. de quo alii judicent. Ceterum ortum videtur verbum

ع = س per *μετάθεσιν σοιχείων* ex Ebr. כרע, quâ de
Kimchius in Psalm. XCV, 6. scribit, quòd denotet כרעו
: קצרת הנהגה *curvationem capitis cum corpo-*
ris quadam parte. Antequam de illorum sententiâ, qui pro
Ebr. voce כרע accipiunt, discedamus, unicum adhuc ad-
dimus de Marci Marini Brix. sententia, itemq; de opinione seu
conjectura CL. Drusi, habent enim hi peculiare aliquid de hâc
voce, quod apud alios legisse me, non memini. Et hic quidem

in

in Oq. Ebr. lib. II. Cap. 71. p. 123. rectè adnotat. *ratione Originis à verbo אברך dictione Abbrech posse deduci, ut sensus sit, & clamabant coram eo, videlicet Populus Ægyptiacus, Abbrech i. e. benedic.* Nam mos Orientalium, subjungit porro, cum prateriret *Tir aliquis sanctus, aut aliqui sapientia nomine clarus, ut ab eo sibi benedici cuperent.* Exemplum memorabile extat apud Hieronymum de Hilarione, cui quodam tempore Syriam praterirenti, gregatim cum Uxoribus & liberis, ait, obviam processisse Saracenos, submittentem colla, & voce Syria Barachi. e. benedic, inclamantes. Conjecturæ hæc sunt ac incerta, ipso met Drusio fatente, dubiumq; an hîc habeant locum. Ille, Marinus scil. verosimile esse putat, ut sit ex Hipbil אברך Imperivus, Aleph vel errore librariorum, vel etiã dedita operâ scriptum fuerit loco He, ad declarandum honorem maximum, qui habitus est Josepho. Sed in incuriã sive errore librariorum loco א scriptum esse, nemo facilè concedet, qui omnes Codd. in scriptione per א consentire viderit, ac præterea Scripturæ S. incorruptibilitatem, ut pium & æquum, credere ac defendere voluerit. *Dedita verò operâ s. à Scriptore יוסף משה מוyses Moyses, sive à Librariis id factum, exinde alicui minus probabile, vel verosimile videri potest, quòd mystica illa significatio, quam in seu ex litteris quasi sive Marini sententiã perhibentur, eodem è quorundã sententiã modo, etsi א retineatur, indicari, affirmari potest, cum א ex ארבות i. e. multitudo esse transumptum, queat dici, (quod etiam in nomine Abrahami à DEO ipso factum censent quamplurimi,) ac honoris hîc multitudinem, & augmentum notare, si quis omninò in litteris mysterium, aliquod hic Moysen, sive alios quasi sive, vel indicare voluisse, velit adserere.* Quid quod Judæus aliquis ex nomine אברהם illud א h. l. desumptum esse, possit ludere, uti sunt Judæi in hisce talibus seu excogitandis, seu amplectendis nimium creduli & religiosi. Quos nos mittimus, ad Dissertationis nostræ teiam pertegendam properantes. Esto igitur

Positio VII. & Ult.

Pro Ægyptiaca dictione vocem אברך habentes, discrepare. Ægyptiacam linguam

quam veterem nobis hodie esse ferè incognitam. hodiernam è Græcâ & veteri Ægyptiaca esse conflata. Sententia Calvinii, Paræi, Försteri, Crinesii, Rungii, Drusii relata, ac confirmata. N̄ præfigi vocabulis Ægyptiacis. Cornell à Lapide expositio. it. Merceri. Radices verborum Ebræis & Ægyptiis communes. נלן:נלן:נלן:נלן: נלן:† peregrinas dictiones in Bibliis non arguere impuritatem. Vocabula Ægyptiaca & Græca in T. V. it. periodi Chaldaicæ.

Qui peregrinam sive Ægyptiacam esse vocem, מלן ex-
 istimant, itidem variant. Sunt, qui putant significationem
 ejus nos latere, cùm lingua illa nobis sit hodie ignota, quippe
 quæ dudum esse desierit: pura sc. ac vetus. Teste enim illo
 omnis eruditionis solidioris smaragdo, Isaaco Casaubono, ep.
 315. *hodierna Ægyptiorum lingua è Græca & vetere Ægyptiorum
 est conflata, ut puris puris Vocabulis Græcis multa sint mixta, quæ neq̄
 εἰς ἡμῶν sapiunt, neq̄, ullam omninò earum linguarum, quæ sunt ab
 Ebræa derivata.* Ægyptiacam esse dictionem, ac proinde non
 esse, quòd se lectores frustra torqueant, & sanè ridiculè argutos
 esse, qui nomen Ebr. à Rege Ægyptio impostum esse putent, expressè
 scribit Calvinus in h. l. à quo nò multum abludit David Paræus
 c. h. l. Pro nomine, Ebræo מלן respondente, ac faustissimis ac-
 clamacionibus usuali habet Försterus in Lexico, Crinesius
 Exerc. II. quæst. 2. idemque sentire videntur eximius
 Theologo D. David Rungius prælect. h. l. ac Joh. Drusius comm.
 l. alleg. Confirmari potest sententia hæc inde, quòd *מלן* N̄

C

pro-

propria sit illi lingua ac familiaris, notante Drusio l. c. & Buxtorfio
Thes. Gram. lib. I. c. 15. Pro verbo denique Ægyptiaco, certè
formationis Ægyptiacæ vocem Abrechsunt Corn. Corn. à
Lapide, Joh. Mercerus philologus & S. S. interpres insignis,
comm. h. l. (etsi idem Tab. in Gr. Chald. p. 42. juxta formam
Chald. N habere vocem 𐤎𐤏𐤍 adserat) Leonh. Marius comm.
h. l. idque ut videtur, propterea, quoniam radices Ebræis & Æ-
gyptiis frequenter sint communes, ceu habet Marius l. c.
Haut abs te sanè mihi facere videntur, qui, cum Ægyptiaca lin-
gua hodiernâ, ut paulò ante ex Casaubono audivimus mul-
tum discrepet à veteri illâ, ea insuper nos lateat, ad illas lin-
guas, quæ Ægyptiacæ perquam ad fines ab Eruditis judicantur,
sele conferunt, indeque consilium petunt. Tales verò censentur
Ebræa, Chaldæa, Arabica, Æthiopica: è priori bigâ multum
hactenus à Philologis voci huic 𐤎𐤏𐤍 adlarum lucis: è poste-
riori quid dicto Vocabulo lucrari luminis, Æthiopicam modò
omissâ altera, jam considerantes possim, periculum faciemus.
Non infrequens certè est in dicta lingua radix 𐤍𐤒𐤍, in
benedicendi significatu (Sic Pl. V, 15, 𐤍𐤒𐤍 𐤔 𐤕𐤏𐤍 𐤍
𐤔𐤕𐤕 𐤔 benedices ipsum justum) In Forma Apohola,
quæ docente pl. Reverendo atque Excellentissimo Dn. D. Barth.
Elfnero, Theologo & Philologo insigni, Patrono ac Præceptore
nostro ætatè venerando, observ. Gramm. in Ling. Æthiop.
ἀνεδολοῖς, respondet Ebr. Hiphil, Chald. Aphel, est 𐤍𐤒𐤍 𐤔
benedicere, s. genuflectere (quod benedictionis externæ signum)
fecit. Athpahola: 𐤍𐤔𐤕𐤕 𐤔 benedictus fuit Pl. IX, 24.
XXXVI, 23. Est quoque hinc nomen 𐤍𐤒𐤍 𐤔 benedictus Fœm.
𐤍𐤒𐤍 𐤔 benedicta. it. 𐤍𐤒𐤍 𐤔 genu, benedictionis signum.
𐤍𐤒𐤍 𐤔 benedictio 𐤍𐤔𐤕𐤕 𐤍𐤔𐤕𐤕 𐤍𐤔𐤕𐤕 𐤍𐤔𐤕𐤕 𐤍𐤔𐤕𐤕 𐤍𐤔𐤕𐤕
𐤍𐤔𐤕𐤕 𐤍𐤔𐤕𐤕 𐤍𐤔𐤕𐤕 𐤍𐤔𐤕𐤕 𐤍𐤔𐤕𐤕 prout hæc omnia in Libello
Precaitionum Æthiopicarum, quem suâsû ac auctoritate sum-
mi Viri, Dn. D. JOHANNIS CAMMANNI, Jcti celeberrimi, πολυ-
γλώττης incomparabilis, indeque litterarum harum earundem-
que cultorum Patroni ac Mæcenatis Opt. Max. 𐤍𐤔𐤕𐤕 𐤍𐤔𐤕𐤕
cum 𐤍𐤔𐤕𐤕 Linguæ Æthiopicæ 𐤍𐤔𐤕𐤕 𐤍𐤔𐤕𐤕 𐤍𐤔𐤕𐤕 aliqu. luci sumus
daturi.

daturi, latius deducemus. Id modò jam addemus, Verbum
 נחנח in M. S. Imp. Conjug. Apohola habere אֲנַחֲנִי
 abrech, modo planè regulari, sicuti ab אֲמַר אֲמַרִּי amari, fit
 אֲמַר אֲמַרִּי ama, quod est, ut notat Marianus Victorius Reatinus
 Episcopus Amerinus, Instit. Ling. Æthiop. p. 48. a Fut. אֲמַרִּי
 amabo, mutatà solùm radicali secunda ex prima in secundam
 classẽ h. e. Vocali a sub littera rad. secunda, in vocalem e mu-
 tata. Apud Arabes quoque ordinario modo Verbum اَمَرْتِ
 in Conjug. quarta, quæ transitiva est, haberet اَمَرْتِ Vid.
 CL. Erpenium G. A. p. 40. & 61. Cum itaque Vox Abrech apud
 Chaldaeos, Arabes ac Æthiopes analogicè secùdum omnes syl-
 labas ac puncta formetur, ut in textu Mosaico legitur, & Ægypti-
 acam linguam cum his maximam habere conformitatem ne-
 mo facìle negaverit, non absolum puto statuere, Scriptorem
 θεόπνευστον Vocem Ægyptiacam retinuisse. Nec esse etiam ar-
 bitror, quòd quis propterea sibi persuadeat, ac si, stante hac
 sententia, qua peregrinas dictiones in S. litteris V. T. Ebr. N. T.
 Græcis, reperiri cum magnis Viris credimus, impuritatẽ nos
 textum authenticum purissimum infirmemus, nequamquam!
 μη γινώσκο! Quamvis enim Spiritus S. duas purissimam linguas sibi
 sanctificaverit, Ebræam sc. & Græcam, tamen & peregrinas vo-
 ces in eisdem interdum adspersit: verba refero eximii omninò ac ce-
 leberrimi Theologi Dn. D. Waltheri Offic. Bibl. p. 203 & certè
 probabile perquam est, Spiritum S. cuius amanuensis fuit Mosès,
 rei tantæ inter Ægyptios gesta Ægyptiacarum etiam adpellationum
 memoriam, ad posteritatem seram consecrare voluisse, uti piè scri-
 bit Crinesius Exerc. Ebr. p. 21. Taceamus, quòd Græcæ dictio-
 nes (de Chaldaicis tum Verbis, tum integris periodis res om-
 ninò in cõfesso est) in textu Originali Ebræo reperiri, gravissimi
 tradunt Scriptores. Sed sed pedem figo, memor elegantissimæ
 Ar. bum gnom:

أَيَاكَ وَالْقُرْطُفِيَّةِ أَرْزَمَ

Inprimis quia, sicuti Vir Theologus & Philologus maximus in
 litt. d. 16 Marti hujus anni ad me dat. iudicat, quid vocabulo hoc in-
 nuatur, Difficile est ratione docere & vincere verbis. Esto igitur pausa.

צַרְפַּתִּי. צַרְפַּתִּי. צַרְפַּתִּי. צַרְפַּתִּי. צַרְפַּתִּי. צַרְפַּתִּי. צַרְפַּתִּי. צַרְפַּתִּי. צַרְפַּתִּי. צַרְפַּתִּי.

In multis hodie multum est excellere linguis,
Quas habet in pretio Vesper, & Ortus amat.
Plus est, si doctis bene nota modestia paucis,
Ingenii tantas cingit, & ornat opes.
Vincit utrumq; decus, conferre Sionis in usum
Omnigenas linguas, Castaliosq; lacus.
Hoc, dilecte GERHARDE, facis: quamplurima calles,
Linguarum, & magno totus amore cales.
Nec tamen igne peris proprio, Narcissus ut alter,
Sed, cum magna patras, cuncta modestus agis.
Annon in nato patris viget amula virtus?
Resituat nobis natus hic, opto patrem.

GOEHOFREDUS CUNDISIUS D. & P.P.
Fac. Theol. p. t. Decanus.

GERHARDUS Doctor caelesti nomine notus,
Hesperii Diu celebravit dogma sub oris
Ingenio miro, dextra calamoque triumphans,
Tot strages Sygii Ducis edidit, astra beavit,
Quot post LUTHERUM vix vidit tertius haeres.
Ipse redux fertur Gnati migrasse sub antrum,
ERNESTI, quem rarus amor, labor enthëus ardet,
Eoisque pias meditari NUMINIS artes.
Fama quidem, sed vera refert, pagellaque firmat,
Linguis plena sacris, quas lingua loquetur honorans.

quod Dn. Praesidi, Contrubernali desideratis-
simo, amico animo gratulatur

JOH. VOLCI Goth. Ph. & Med. Doctorandus.



U 6412

ULB Halle

3

002 920 379




U 77

Rebro ✓







מבחר

five

De voce מברך, qua Gen. XLI, 43. legitur,

DISSERTATIO PHI-
LOLOGICA,
POSTERIOR,

quam

בְּעוֹרַת מִבְּחַר יְרֵמְיָהוּ כְּבוֹר:

& indultu

AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHICI

in inclusâ Salanâ,

publicæ ἐξέτασε submittunt

M. JOHANNES ERNESTUS GERHARDUS Jenens.

&

MATTHÆUS TEUBELIUS Byrutho Francus.

a. d. XXVI. Aprilis

H. I. Q. C.

JENÆ,

Typis GEORGII Engenwalda & CASPARI Freyschmiets/

Anno clc lxc XLV.